

parata fuisset, negocium ad superiorem transmisimus^{b)} et partibus petentibus relationis copiam fecimus. Deinde facta relatione ad superiorem ex superhabunda[n]ti extra ius propositum fuit ex parte fratrum minorum, quod testes haberent paratos, per quos unum predictorum articulorum, videlicet defunctum predictum apud eos elegisse sepulturam, probare volebant, altera parte in contrarium proponente defunctum predictum in parrochia propria elegisse sepulturam in sepulchris patrum suorum, quod in continenti se obtulit probaturam. Nos vero illarum probacionum receptionem inanem et vacuam reputavimus, cum nec lis coram nobis esset contestata nec quicquam in forma iudicii coram nobis actum esset nec ageretur, prout pars fratrum minorum fuerat protestata. Deinde ex parte fratrum minorum propositum fuit superflue contra nos, quod nos essemus in exequendo iure fratrum minorum desides, in conservandis eorum privilegiis negligentes et in recipiendis eorum testibus torpentes, ad quod respondimus, quoniam hec allegacio personam nostram tangere videbatur, quod in exequendo iure fratrum minorum non essemus desides, cum ipsi coram nobis nichil in iure proposuerant nec proponere vellent, unde nulla fuit in iure desidia, cum nulla essent in ius deducta; nec in conservandis eorum privilegiis nec fuimus nec esse potuimus negligentes, cum ipsa nobis exhibita non fuissent; nec in recipiendis eorum testibus fuimus nec esse potuimus torpentes, cum lis non fuerit contestata nec quicquam in forma iudicii fuerit actum et negocium ad^{c)} superiorem iam esset remissum. In huius facti memoriam et certitudinem pleniorem nostrum sigillum presentibus litteris duximus apponendum et tam prelati, videlicet dominus Engelbertus decanus, dominus Conradus de Hallis archidyaconus trans Muldam et dominus Bertoldus custos Cycensis ecclesie, quam canonici eiusdem ecclesie nobis in hoc negocio assidentes sua sigilla ad pleniorem fidem et certitudinem appenderunt. Dat. Cyce, anno et die predictis, pontificatus nostri anno vicesimo tercio.

a) folgt sunt (A) b) davor gestrichen remisimus (A) c) folgt ad (A)

16. *Bischof Dietrich (II.) von Naumburg stellt dem Nonnenkloster Eisenberg anlässlich des Streits über die Kirche in Zwickau einen Schutzbrief aus.*

1267 Mai 30

Original nicht zu ermitteln. — Regest: Back, Chronik II, S. 168; Regesten Eisenberg, S. 335, Nr. 24; UB Hochstift Naumburg II, S. 381, Nr. 353; Dobenecker IV, S. 7, Nr. 40; Mewes, Regesten, S. 586, Nr. 326. — Anm.: Eine Vorlage ließ sich nicht ermitteln. Dolle (UB Hochstift Naumburg II, S. 381, Nr. 353 Anm.) vermutet wohl zu Recht Verwechslung mit Nr. 15.

17. *Bischof Dietrich (II.) von Naumburg und Markgraf Heinrich (der Erlauchte) von Meißen vidimieren auf Bitten des Propstes, der Priorin und des Konvents des Nonnenklosters Eisenberg eine Urkunde Markgraf Dietrichs von Meißen und seiner Gemahlin Jutta von 1219 (Nr. 7) über die Verlegung des Klosters von Zwickau nach Eisenberg.*

1270 Oktober 29, Meißen